

tibus, marescallis, capitaneis et conductoribus gentium guerrarum cuiuscumque status, qualitatis vel conditionis fuerint, et aliis iusticiariis, officariis et subditis dicti domini nostri, salutem et dilectionem.

Notum facimus, ex virtute dictæ potestatis et oneris, nobis, ut præmittitur, dati et impositi, accepimus et accipimus per præsentibus pro et nomine dicti domini, cum altissimo et excellentissimo et potentissimo principe rege francorum christianissimo treugam et abstinentiam guerræ inter eum et dictum dominum, durantem ab hodierna die datæ præsentium usque ad primam diem martii proxime venturam, in modum quo sequitur, videlicet:

Quod pendente et durante dicta treugua, ipse dominus non attentabit nec attentari faciet nec patietur directe vel per indirecte contra dictum dominum regem Franciæ ejusque regnum et ducatum Mediolani, aliasque partes, terras et dominia quæ tenet de præsentibus, aliquam guerram nec aliquem actum hostilitatis;

Quod vero et similiter ipse dominus rex Franciæ non attentabit nec faciet attentari per viam facti vel hostilitatis guerræ nec alias aliter nec aliquo modo in aliquo contra dictum dominum, suam patriam, subditos, terras et dominia, ac alia ad eum spectantia in Italia.

Quin imo ab utraque parte dicta treugua et abstinentia guerræ manutenebitur et observabitur, absque eo quod, dicto tempore durante, aliquid infringatur; promittendo ipsas treugam et guerræ abstinentiam, modo et forma supra declaratis, infra sex hebdomadas proxime futuras per dictum dominum facere ratificari atque approbari.

Quapropter, ex parte dicti domini, mandamus atque præcipimus vobis et cuilibet vestrum, quatenus treugam et abstinentiam guerræ prædictas vos manuteneatis et observetis, atque manuteneri et observari faciatis, in quantum ad vos et quemlibet vestrum, jurisdictionem suam spectet atque pertineat, durante dicto tempore, in modo et forma supra declaratis; et illam ligam publicari tam citra quam ultra montes in locis et modis, quod aliqui ignorantie causam prætereendere non possint; et transgressorum ejusdem, si qui reperiantur, faciatis et fieri faciatis talem et ita rigorosam justiciam et punitionem, quod cæteris cedat in exemplum, et prout de infractoribus treugæ et pacis consuetum est; proviso tamen, quod idem rex Franciæ sua ex parte faciat aut fieri faciat simile per suos officiales et subditos in quovis regno, ducatu, patria, terra et dominio. Et quia de præsentibus in multis locis necessitas

contingere poterit, volumus quod vidimus seu transumpto illarum, sub sigillo autentico facto, plenaria fides adhibeatur tamquam præsentibus originali, quod in hujus testimonium nostra propria manu signaverimus, et præsentibus nostrum sigillum apponi fecimus.

Puteoli, decima sexta die augusti, anno millesimo quingentesimo.

*Sic signatus*: G. DE VERGY.

Quæ quidem treugua et abstinentia guerræ sit necesse facere publicari et manuteneri in dicta nostra patria et ducatu Mediolani vobis notum facimus, quod vos, his consideratis, mandamus vobis et expresse injungimus per has præsentibus, quatenus litteras ejusmodi treugæ et abstinentiæ guerræ superius insertas publicari et notificari faciatis in nostris patria et ducatu Mediolani, et in locis consuetis, adeo quod nullus possit prætereendere causam ignorantie, et illas manuteneatis et observetis atque manuteneri et observari faciatis ex parte nostra de puncto in punctum, secundum ejus formam et tenorem, et transgressoribus, si aliqui sint, faciatis et fieri faciatis talem et tam gravem justiciam et punitionem, quod cæteris omnibus cedat in exemplum, quia tale est nostrum placitum.

Data à Court en Pierre, die decima sexta mensis augusti, anno gratiæ 1500, et regni nostri tertio.

*Sic signatus*: Per regem, ducem Mediolani, domino cardinali de Ambrosia, episcopo albiensi, et aliis præsentibus

ROBERTET.

Volumus, dictam treugam et abstinentiam guerræ innotescere omnibus, ut illam observent et faciant ii ad quos spectabit ab aliis observari, harum serie vobis dicimus atque committimus et mandamus quatenus per loca publica et consueta præconizari et publicari faciatis præsentibus nostras litteras et mandatis ab omnibus nostris subditis dictas treugas et abstinentiam guerræ observari.

Data Mediolani, die XXI augusti 1500, et regni nostri tertio.

Jo.

In questo zorno fo collegio, reduto el conseio di X, et fo aldito el signor Schandarbecho, e li oratori di Cuvrili zercha le cosse di Albania, e fo terminato mandarlo via.

Vene domino Zacharia di Garzoni, de sier Marin, ferier di Rodi, vien di Candia con uno gripo,